Quelle:
Copyright:

Tenor vero ordinationum, additio,
„num et protestationum prefatæ Pa,
„taviensis Synodi sequitur, et est
talis.

„Primus articulus. De cedulis oblatis in
Synodo patavienſi per diversos aviratum est,
quod Dominus Vicarius generalis recipiat, et
conservet omnes cedulas supradictas, et ipse
tempore visitationis exhibeant(i) et producat
coram visitatoribus deputatis, ut singuli
in suis Archidiaconatibus, Decanatibus &c,
„dulas predictas debite exequantur, et su,
„per ipsis debite provideant, et diligenter
faciant executionem.

Secundus Articulus. Sancta Synodus
statuit, et ordinat, ut proxima Synodus epi,
„scopalis celebretur in Anaso (K) 20 diemen,
„sis Novembris anni proxime sequentis cum
continuatione dierum sequentium usque
ad finem; mandatque omnibus et singulis
Abbatibus Præpositis, Ecclesiarum parochia,
„lium Rectoribus, et aliis quibuscunque qui
de jure vel consuetudine ad Synodum epi,
„scopalem venire tenentur sub excomunica,
„tionis pœna, quatenus loco et termino præ,
„dicto legittime compareant ad recipiendum
et audiendum, quæ inibi disponentur.

Item Synodus deputat et ordinat Do,
„minum Ruibertum de Welz Canonicum, et
Cancellarium Curiæ Patavienſis, ac ejusdem
in spiritualibus Vicarium generalem princi,
„palem visitatorem per totam civitatem
et Dioecesin Patavienſem cum potestate vi,
„sitandi, inquirendi, corrigendi, et reforman,
„di, ac alia facienda quæ in dicta visita,
„tione necessaria querint, et optima nec non
viros idoneos eligendi, et assumendi, quos

(i) exhibeat.

(K) Fortasis civitas Enns? Cod. CLXXXVI n. 10 habet Anaso.